



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 5. Tertiò Saluator orat, quia Iudex futurus: tales namque decet oratio, vnde dicuntur fortes Israël.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

quibus (iuxta Davidis phrasin) non erat
substantia, quibus omnino se submergendum
arbitrabatur. Audit coelitus vocem. *Augusti-
ne quid in te fit? Prætere te securus in eum,
nisi metueret, non subtraheret se ut cadas. Prohi-
cete securus, excipiet te, sanabit te.* Confi-
dit aliter baculo arundineo, & quo tempore
illo voluerit uti, ut ei, innotatur, lutum vel
lacuam transiurus confringitur, manum-
que transfodit ita ut in medium decidat cœ-
nom, ulcerata manu debilis, quæ sibi ne-
queat esse præsidio. Tales homines dixero,
vacuam arundinem; plurima verba & osten-
tationes, atque nulla veritate, nulla sub-
stantia, firmitate nullâ solidata. Sperabas in
altero, qui tempore necessitatis tibi defuit,
teque pluribus afflictum calamitatibus de-
seruit infidus omnis: unde hoc tibi licet oc-
einere, quod alteri. *Quid est ista fiducia qua
niteris? In quo confidis? An speras in baculo
arundineo atque confracto Egypto, super quem
si incubuerit homo, comminutus ingredie-
tur manum eius, & perforabit eam? Sic
est Pharaon Rex Egypti omnibus qui confidunt
in se.*

4. Reg. 18. 12.

II. Multi se dolere deceptos.

Marc. 5. 26.

Heu quantos audio conquerentes, quod dum
spei anchoram in hoc vel illo figunt, hinc
celitus hora exciderunt, & se delusos præ-
terierunt, modò quod subuenire noluerint,
modò quia non potuerint, modò quia non
noverint, modò quia conditionem hominum
imitati, quibus nihil est familiarius, quam
nullam verbis suis ac promissis fidem seruare
constantissimam. Quam luctuosè plorat ille,
spe prostratus, quæ medico eiusque præscriptis
inhærebat, quando se dolet, velut illa mulier
de qua D. Marc. post duodecim annorum in-
firmitatem. *Fuerat multa perpeffa a compluri-
bus medicis & erogauerat omnia sua, nec quid-
quam profecerat, sed magis dotesius habebat:*
omnibus expensis facultatibus bolo frustrari
desiderato. Quam tristis ingemiscit litibus
occupatus, quando cum advocati tum pro-
curatorum diligentis studisque consiliis, se
loget causâ excidisse, perditamque familiam.
Esto securus, non hoc tibi continget si prout
conuenit, & perseveranter diuinum implo-
res auxilium. *Nocte contra eum, & non sum
deceptus.*

§. 5. Terriò: Saluator orat. quia Iudex futu-
rus: tales namque decet Oratio, vnde di-
cuntur sortes Israel.

Tertia occasio, quæ nobis in Euâgelio pro-
ponitur, quæ Christus ad orationem con-
fugit, illa est, quam D. Ioannes hodie def-
cribit, quando Iudicis esset officio functurus in
causâ maximè ardorâ, ex eo quod singule partes
erant potentissimæ, nec non iustissima præten-
sione præmunire, legis iustitia, Dei; misericor-
dia, eius Advocati Patroni ex vna parte littera
legis erat strictissima, ex altera verò spiritus a-
moris Euangelici Sollicitatores, qui sententiam
urgebant erant diligentissimi, quoniam mille
perdidi proditionibus, quibus iudicè irretire la-
borabant, iudicium difficillimè: si namque pro le-
gis iustitia ferret sententiam, contemptus Euan-
gelicæ videretur esse misericordie: si verò mis-
ericordie faueret Euangelicæ legis iustitiâ euer-
tere velle iudicaretur. Res est, quæ alium præter
Christi animo suspenderet anxio feruens & conti-
nuus tota nocte perseuerat, eum tamè hæc non in-
digeret: erat quippe ipsa diuina sapientia, sed ve-
docere: quod illi præ ceteris subsidio indigeret
orationis, quæ diuinâ obtineant auxiliâ, qui po-
puli sunt iudices, ut marorè sanoque consilio, pro-
cedant, concludant, ferantque sententiam: etenim
tot offeruntur difficultates, ex eo quod singule
partes tam dilucide suam proponant iustitiâ, ut
illa apud vtramque valere videatur, vnde celestis
opus est lumine, ut illam agnoscant, præsertim
cum illi tauro studio laborent, iudicis in suam
partem trahere sententiam.

12. I.

Causa huius iudicij difficilis.

II.

Ut igitur prudenter Iudex in sententiâ procedat
enuncianda illâ necesse est oratione præueniat, Iudex
intelligere namque debet illâ magna se Deo ostē-
dere reuerentiam, signaque venerationis. Sibi per-
suadeat, quod in iudicio seu sententiâ quâ pro-
nuntiat, ipsum Dei iudicium exequatur, & quasi
eius residens loco pronuntiet, declareque iustitiâ,
quam Deus per soam vult declarari sententiam,
Hoc Iosaphat Rex indicauit, iudicis officium,
non hominû sed Dei proprium esse officium, &
ad diuinam spectare excellentiam, ut suis in iu-
dicij prudentor Iudex procedat: eo quod in illis
intelligat oportet, se nihil aliud esse quam me-
rum iudiciorum Dei declaratorè. Hinc collige,
quantitate toto studio laborare, ne in illis
aberret.

PPPP3

abberet: vt autem hoc assequatur efficacissi-
mum remedium illud est orationis, in qua di-
uinam reposita lucem, vt illa collustratus om-
nes ab intellectu suo tenebras depellat, quibus
litigantes conatur partis aduersa obscurare
iustitiam, viuosque colores suis appingere præ-
tentioibus.

III.

Iudiciu
de acti-
bus hu-
manis
arduum
est.

Qui determinata in scientiis naturalibus pro-
ferunt iudicia, perferuntur ea, quæ ad ordinem
spectant nature: quæ cum sint ita certa, & de-
terminata, vt aliter esse non possint, nec con-
trario modo succedere, quam natura in eis de-
terminauit (Doctore Philosopho) scientifica est
cognitio, quam ex illis Doctores habent, & ad
eorum cognitionem per affectus infallibiles, &
media certissima progrediuntur. Quæ de causâ
iam in illis quasi respicendæ diuina sapientia,
diciturq; quod lucis sue splendorem Deus super
omnia opera manuum suarum effuderit, eodem modo
vt qui considerat diuinam in illis attenderit sa-
pientiam, quæ illa creauit, inueniet quam rectum ac
determinatum possit de omnium illorum natura pro-
ferre iudicium, nec non omnia hæc illum doce-
bunt, quomodo in cæteris eâ iudicare debeat re-
ctitudine, quæ omnia illa demonstrant.

Rom. I.

Vnde D. Paulus sic de Philosophis loquitur,
sunt ad diuinam sapientie cognitionem. Porro iu-
dices de actibus humanis ferunt iudicia, & de
eo iudicant, quod cor hominis per actus deter-
minat exteriores, vt puniant quod supplicio di-
gnum inuenierint, & premium rependant iis qui
secundum rectam procedunt rationis regulam,
hærent in eo quod iudicium ferunt de rebus sin-
gularibus ac contingentibus, quæ aliq; quam vi-
dentur esse possunt, & iudicant de operibus, ver-
bis, & quandoque etiam de cogitationibus per
signa licita & opera exteriora declaratis. Et sicut

Sap. I.

Sapienter testatur procul abest diuina sapientia
ab operibus, verbis, & cogitationibus iniquis,
proximoq; perniciosior, quia illis diuina non assi-
sit sapientia sed spiritus erroris deceptorius.
Si Iudex igitur de his habeat actibus iudicare,
& in illis diuina non succurrat sapientia, cum
illa sit quæ dirigere potest illum vt rectum ferat
iudicium quod de illis incumbit iudici pronun-
tandum, tu Iudex esto, qualem strictè ad Deum
confugere teneatur, iudicandi; requirere, quod in iis
quæ iudicanda veniunt, a vero rectoq; non de-
uiet. Aliquoties mente renouit, quod litigantibus
accidat id quod duobus exercitiis inuicem ho-
silititer oppugnantibus, singulis suam tenere la-

borantibus statione, hinc tormenta ludunt, ma-
iora illic infremunt minorâ, ex hac illaq; parte
tanta susciatur nebula, vt ipsum solis iubar lu-
cidissimè obscurare videatur. Idem in causarum
processibus contingit: suas enim quæque pars
allegat rationes, hæc in illam, in hanc illa & du-
plicatus videtur impetus, dum ratio producit,
quam pro iure suo talis aut talis allegat. Advo-
catus, velut bombardæ tot textibus tot oppleta
auctoribus, prodit alter, alia ratione armatus nõ
minus efficaciter, reduplicatis textibus, antiquis
modernisque conciliis: tormentum est bellicum,
scriptis libris, codicibus huius illiusq; auctoris
refarctum. His tantam excitant caliginem, vt que-
que pars sibi attrahere velle videatur iustitiam;
quod cum ita sit, anxius hæret iudex, vt desinare
non possit nec illam decernere quæ in se velut
sol est clarissimus.

Rogauit me quondam huius regni vir primarius,
vt presens adesset audireq; allegationes in cau-
sâ matrimonij eo sedente iudice producendas,
cum verò a requam audirem aduocatos, cuius
hæc resolutio mihi videretur ipso sole clarior,
& re ipsa sic esset & cū ipso viro primario com-
municasse, auditis vtriusq; partibus dubius sub-
sisti nescius cui parti faueret. Instittuatur
etenim valde, etiam in hoc ipso quod mihi prius
erat euidensissimè. Hinc concepi, quod talis sepe
operentur effectum allegationes rationum qualcum-
ille, qui in fonte seu aqua crystallo puriore pedes
infigit, quò ipsa, prius lucidissima, plane perter-
betur. Si verò processus agatur per testes, quos
pars vna producit ceterarios, qui directè in sui
prætentiois testantur fauorem: altera verò co-
ntraria tot alios proferat, qui eadem euidentiâ
in sua fauorem testificantur: & visa parte vna
quis dixerit depositiones esse concludentes, au-
dita verò altera pariter quis dixerit esse con-
cludentes. O quis sumus excitatur obscurior,
quò tota mobilator iustitia. Oportet iudex ad
Deum recurrat, & in oratione lucem exposcit
diuinam, sicutat cum David: *Deus meus illumina tenebras meas*

Mirabilem plane caliginem excitantur sentiores
illi, quos vidit Ezechiel thuribus suis idolis
thus offerentes, quæ tanta exurgebat, vt dies in
noctem verteretur obscurissima. Enimvero hoc
frequens est in litibus, accurrat ille, accurrat alter,
incentoria producit, thus seu munera adolens
uxori filio, filie, cognato, familiari, veneratio-
nibus humilis, precibus inflans, hinc inde ratio-
nes allegat, quibus infelix iudex in diuersa du-
bitat



V. Caligant
offendit
partes
iudicij.
Ipsal. 42.

VI. Salomon
ob peccatū
sapientiā
Deo pla-
cet.
3 Reg. 1. 1.
Lib. 9. 9.
3. Reg. 9.
12.

Ierem. 17.
9.

bis rapitur hinc subornationibus allicitur; il-
line amicitia trahitur, hac homani vrgent res-
pectus illac ratio famile; illac exterior corres-
pondentia. Tam spissas inter tenebras quis solem
videat? Ad hoc est cogitatio luminis iustitiam illi
iudicē regemq; dāns in iudicij. *Emittit lucē tuā
& veritatē tuam.* Dñe mihi lucem infunde, vt
cognoscā veri aī est et in veritas, filia tua
sed te ebrius eā obscurā diffusetatū emittit lucē
tuā quā veritatē aperiat illamq; dignoscā. Hęc
vna est, & maxima momentū actio iudicij obueni-
ens quęq; sumoperē Deo in Salomone placuit,
quā preclaris Spiritus nobis exarat circūstātiis.
Deus in Regē populūq; sui iudicem creavit Sa-
lomonem, & in throno confirmatū collocavit
regali. *Confirmatum est regnum in manu Salo-
monis.* Huius beneficiū memor, gratias acturus
fecit it in Gabaon illovs hęc erat offerendis sa-
crificiis, vtpote celsissimus opportunior, illud
quippē erat *excelsum maximū* Vatablus opinā-
tur ibi erectū altate sacre hęc vñ Aneū, Theodo-
retus tenet nō nisi locum fuisse altiorē, quia licet
Deus nō offerri sacrificia precepisset nisi ido in
loco a se designato, cum adhuc templū nō esset
edificatū, hęcbat tamen ea offerre in montibus
altioribus, & obulit in eo monte Salomon mil-
le sacrificia. *Mille hostias in haloc ausum obtulit
Salomon super altare illud in Gabaon.* Apparet
illi Dñ, atq; *postula quod vis ut dē tibi.* Dñe
mi responde. Salomon manifestū est quēd ego
desidero. Quid petat homo quō in iudicē regēq;
populi tui exaltasti, qui ex se mille fraudibus, ig-
norantis, erroribus, & negligētis subicitur, nisi
locē celestē, fauoremq; tuū, quō prudēt iudi-
cis exerceat officium? *Dominē Deus tu regnare
facisti seruum tuum &c. Seruus tuus in media est
populi quem elegisti, populi infiniti qui numerari
& supputari non poterit, pro multitudine. Dabis
ergo seruo tuo cor docile vt populū tuum iudicare
possit. & decernere inter bonum & malum. Quis-
enim poterit iudicare populū tuū &c. Quā gra-
uiter hęc expēdit diffidit. Elegisti me iudicē
populi infiniti q. d. varias casq; contrarias habet
præditiones, qui dissidētib; abādat hamorib; in
quō tot sunt sententię quot capita. Quā ratione
valeam ego abyssū illā pelagi perferuari? Si im-
possibile sit mari bolidē inuenire profundis; imo
nec est ingenitū aliquid creatū quod penetrare
queat concanitates, sinūq; quos suā concludit
altitudine; Quis ego sū qui tot maria, quot sūt
corda subditorū inuestigē; illorū enim quoq; pe-
lagus est tot sinibus cōcauum vt nō sit, qui illud*

perferuari? *Primum est cor hominis & in ser-
uabile; & quis cognoscat illud?* Hoc supposito
quod mihi plerūq; retent & postulat Dñe mi,
cor est docile. *Dabis ergo seruo tuo cor docile.* Sa-
perū saliter significat cor seu intell. Cū non ob-
firmatum sed flexibile, qui audiat appendaque
rationes, quale illa sint, & cum vñ admiserit
partem, audiat & alteram; hoc namque bono
comperit iudicij, Hinc conuenit trāslatio Vata-
bli *Da seruo tuo cor audient.* Primā tantum in-
formationis repelle iudicem, quam ita tenēter
defendit, vt secundam non admittat, illamq; re-
ticeat, intell. eius est arcus, & inflexibilis vt
Angeli, quē nemo possit emollire, nemo ab eo
deducere, quod semel apprehenderit.
Veritatem plus aliquid indicat, *Cor docile,*
id est cor a te edoctū, tuo collustratū lumē
tam claro, vt, quantum libet partes possit & accepto
habent iustitiam, illud decernere possit & accepto
causę processu valeat noscāq; bonū a malo di-
stingere, & inter mille larvas sibi obiectas ne
iustitiā agnoscat, illam tamen queat aperire in
lucemq; prodigere. Hęc a Deo tam instantē &
prudentor postulauit Rex ille & iudex Salomō,
vt Deus ipse sibi hoc, si quid aliud placuisse de-
monstrāret; vnde sic ait; *scopum attingisti fili mi;*
etenim hoc optare & rogare iudicē decet prudē-
tissimū. *Placuit ergo sermo corā Domino quod Sa-
lomō postulasset huiusmodi res & dixit Dominus
Salomōni quia postulasti verū hoc & nō petisti
tibi dios multos, nec diuitias, aut animas inimico-
rū tuorū, sed postulasti tibi sapientiā ad discernē-
dū iudiciū &c. dedit tibi cor sapiens & intelligens
&c. sed & hęc, quā nō postulasti dedit tibi &c.* Quis
fortē dixerit iudicē decere principē in throno
recēder collocaū, prę extēris postulare, pluribus
annis integrā salutē posse gaudere, opibus affa-
tum discernere quib; suā tueatur, auctoritatē, om-
nes videre sibi subiectos inimicos, quō regnū suū
tranquillā pace gloriatur. Hęc vos, & vos pete-
reris at horū nihil Salomō, sed hoc tantūmodo,
Dñe Deus, cū regnare me feceris seruo, tuum, &
iudicē populū cōstitueris infiniti, celestem tuā
mihī lucē infusitū, quā prudētior exercēam
iustitiam, illam que in tuis inueniam causis, quę
coram me iudicē ventitantur, illam licet, hinc
quidā illuc alij laborēt abscoētere. Hęc est in-
quē Deus ita hęc est sapiēs a Deo petitiō, vt illā
nedū tibi cōcedā, intellectu tribuens illuminatū
sapiēs intelligētiē cūctāq; penetratē insuper &
alia tibi, quā nō postulaueras, liberalis elargiar;
vt per hęc principale notes desiderū, quod in

VII.
Quid sig-
nificet
cor docile.

VIII.
Cor do-
cile po-
stulet a
Deo In-
dex.

codebet assurgere, & vehementius excitari, qui sedem occupat iudicariam, superni scilicet fauoris & diuinae lucem gratia, qua à recto non deiecit tramite iustitia. Quocirca tantò frequentior esse debet ad Deum iudicis oratio, quantò, cum Salomòne, populo praest frequentiori, tantòque fiat oportet oratio feruentius, quantò causae quas habet pra manibus, negotium facessunt illi difficultius; *In medio populi insisti, qui numerari non potest pra multitudinem.*

Hoc leganter descripsit ipse Salomon figuris plenè caelestibus vt harum doctissimus. Licet autem hoc comuniter SS. Patres de Prælati Ecclesiae, eiusque predicatoribus intelligant, & nos in aliis occasionibus eodem sensu simus interpretati, modo tamen non abscondè iudicibus adscribitur, cum omnes illo fungantur munere, cum spirituales tum temporales.

Cant. 3.7

En lectulum Salomónis sexaginta fortis ambiunt ex fortissimis Israel omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi vnusquisq; spem suam super semetipsum propter timores nocturnos. Et ceteri lectulus Salomónis rempublicam signat Christianam pace gaudentem. Vt autem haec integra conferuetur & imperturbata, necessitas exigit, vigiles adhibeantur, qui terrorem moueant, reprimantque noctiuagos insolentis iniquitatis. Ita declarat verba haec D. Greg. Nyss.

D. GREG.

Nys. *Propter timores nocturnos paratum habeat ens sem, terrorem afferens iis, qui noctu & in tenebris insidiantur.* Et tibi, qua de causa statuantur iudices, inquit Apostolus, qui nobis symbolum illud declarat Salomónis, iudices, seu principes non sunt timori boni operis. Sed mali. *Vt non timere potestatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illa &c. Si autem malum feceris, time, non enim sine causa gladium portat.* Modò tibi liqueat, cur traditus sit tuis manibus gladius, vt scilicet malos perterreas, insolentes refranes, audaces reprimas, qui timorem illis incutiunt, qui pacifici libalque liberi viuere desiderant. *Propter timores nocturnos.*

Rom. 1.

X. *Eius cuius non timere potestatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illa &c. Si autem malum feceris, time, non enim sine causa gladium portat.* Modò tibi liqueat, cur traditus sit tuis manibus gladius, vt scilicet malos perterreas, insolentes refranes, audaces reprimas, qui timorem illis incutiunt, qui pacifici libalque liberi viuere desiderant. *Propter timores nocturnos.*

Prima ratio.

A quibus vigile illi commendantur conditionibus prima est, quod numero sint sexaginta, numerus determinatus pro indeterminate: sexagenarius enim magnam ignouit perfectionem cum de numero sex & decem multiplicatus confurgat, ambo qui præclaris sciant eminentis, quas expendunt de hoc

Secunda ratio.

agentes D. Greg. Nyss. D. Greg. Magnus,

Theodoretus & reliqui communiter Patres. Secunda: quòd fortissimi sint, electi ex fortissimis Israel. Fortes ex fortissimis Israel q. d. Adeps & flos eorum qui ceteros fortitudine superabant, Fortes sunt parum est hoc, sunt fortissimi: & nedum fortissimi, sed ex fortissimis electi fortissimi, quò significetur, nemini maiori opus esse & constantiori fortitudine, quam iudici, quem nec amor moueat, nec timor terreat, nec lucrum alliciat, nec iactura debilitet, nec amici superent, nec respectus aliquis creatus à recto detorqueat.

Expendit D. Ambr. Pilati iudicis defectum. Negare non possumus (inquit) quin prius maturationem iustitiam tulerit in Christi causa sententiam, exclamando: *Innocens ego sum à sanguine iusti huius.* Cum eadem sit, audente prolata verbis, quam propheta Daniel in causa castissime Susannae proclamauerat, quam perfidorum malitia Seniorum ad mortem rapiebat lapidandam: extulit enim vocem, & ait: *Manus ego sum à sanguine huius. Haec voce!* loquitur D. Ambr. circa Susannam Daniel videtur, qua circa Dominum usus est Pilatus. Eadem sententia soluitur pudicitia, qua est absolutè insidiata. Porro haec fuit Pilati perditio, fortitudinis defectus: auditio enim Caesaris nomine, eiusque familiaritatis amissione, illi, quoque verbis: *Si hunc dimiseris, non es amicus Caesaris.* Turpiter labitur & iniuria acceleratorum passione superatur. Sapienter dixit Sapienter: *Noli querere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumperè iniquitate, ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in aequitate tua.* Vox illa, *virtus*, idem est ac fortitudo potens superare malitiam: virtus quaedam, respectibus non seducitilis, scandalis non flexibilis, vt vel puncto discedat à vero, aut detineatur, ne progrediatur ulterius. Sicut Apost. de Christi Evangelio, quò fortius amabatur *Virtus Dei est.* Etenim in illo Virtus Dei est potentissima, qua cunctis mundi, quinimò & inferni resistat intrepidè potestatis. Hanc oportet habeat iudex, qua valeat virtute irrumperè iniquitates. Hoc autem ne ponas scandalum in aequitate tua, legit textus Graecus, *In iniquitate tua, aut rebus tuis.* Ea de causa ipse Salomon in gradibus, quibus ad thronum ascendebatur ac tribunal iudicarium, duodecim altera locus statuit leones quò significaret, quòd illi qui eò ascenderet, am-

mus de beret esse regis iusque leoninus, de quo sic ipse. *Leo fortissimus basiliarum ad nullius paucibus occursum.*

Tertia ratio. Tertia qualitas. *Omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi, q. d. Ex opinione Vatabli quod strictos manibus tenerent gladios quibus magis dexteritate & agilitate utebantur. Hinc ortum est, ut iusticia stricto gladio armata depingatur: ipse enim est quod iudex iudicare, quem tenere firmiter debet, quoque offendentes offendat, hoc illi de Iu inferant, hoc pacē stabilitur: huius enim gratia bellū indicitur, illū firmiter ita teneant, ut illis nomen à Deo impositū apte conveniat. *Fortes iustitia.* Sunt illi iusticie, non illorum iusticia, *Fortes.* Dicuntur à Davide quidam *Viri discurrarum*: quia diuitie non sunt virorum, sed viri diuitiarum, quia diuitie domine sunt illorum, & de illis agunt quodcumque libuerit, non autē illi de illis, quia de illa disponunt quam non disponant. Ita dicitur fortis iusticie qui illa ut Dominam agnoscent, & quicquid illa voluerit, exequantur: aliter de illa disponant quam qui iusticiam ut suam habent, sic ut ipsa eorum sit, quia consilia faciunt quodcumque voluerint, & pro animi contentia illa, eò quod ratione voluerint pertrahunt. Fortes igitur iusticie erunt illi, qui parati sūt seruire iusticie velut principi sue, ut eiusdem custodes vigilantes fortissimi. Proh quam conueniens epithetum, quod dicitur, iudex, te docere, ut semper constans, semper sis paratus seruire iusticie, illam tueri, conseruare & custodire, ne illi aut vlla fiat iniuria, aut contemptus irrogetur.*

Quarta ratio. Quarta conditio: *Vniuscuiusque ensis super femur suum.* Quid hoc rei, si manibus teneant gladios, ut quid illos de femore suspendunt? Grate mysterium à Patribus hic aperitur. Femur (audioribus D. Greg. Papa & Nyssen, & Theodoro) nostram indicat concupiscentiam carnis appetitus sensuales. Ne sibi iudex persuadeat, in aliis & non in domo sua exercendam esse iusticiam, erent illa prior est reprimenda, & propter cogitatio sua sunt componendi & ressecandi affectus, & quæ illum cōcernit, lucri, familie cognatorum, & personarum ratio propria. Verum hoc arte de singulariter quod ait illos fuisse in fortissimis *Israel*. Nomen hoc, ut potest, dicitur impositum ore diuini sacret, mysteriis. Notum est trinuis à Deo nomen fuisse iacob impositum, ut deinceps *Israel* vocaretur. Occurrebat illi negotium graue nec minus periculosum, suis impar longē viuis: obuius enim in prelium ire debebat fratri

suo Esau, qui quadringentis stipatus militibus ad bella doctissimis, fratrem subiecturus adueniebat. Timet Jacob periculi conscius & ne fratris copiarum viribus superetur, pauidus, quid agitur ad Deum in oratione confugit, mulieres ablegat, filios, pecora, pastores, totamque familiam, & seorsum oraturus abscedit, idque tanta animi contentione, ut totam noctem in oratione consumat, diuinam implorans lucem, fauorem, mentisque fortitudinem. Apparet Angelus cum eo colloctatur quod aliud nihil fuit, quam sicut declarat *Oseas* & nos alia diximus, quidā orationis feror non communis lacrymis cordisque singultibus roboratus: hic namque est, qui Deo vim inferi non minimam. Optime respondet Angelus, annuo postulat. Si namque hoc usque Jacob fuerit nomen tuum, erit deinceps *Israel*, quod significat (interprete D. Hier.) *Lib. 99. Vincens Deum.* Qui namque tam fortis fuerit, ut seum trahat diuini poterit, ceteris orando superare poterit. *Heb. in & homines diuinā roboratos gratiā superare: hanc Gen. 32. præmunus in arenam descendit fortis adeo atque animosus, ut fratrem suum cuiusque copias, validior illo superaret.*

Hinc patet quid tibi iudex sit agendum, quando non leuia tibi occurrunt negotia dum pars altera bene prodiū ordinata, ut se fallat & sua subiciat prætentioni, multis pro se sociata imitetur aduocatis, qui pro se varias adducunt rationes media quo fortissima. Si quando videris tuum non posse intellectu illorum dissolueret laqueos, quos in causā pendente pars dolosa contexit, ad Deum confuge: mulierem vel ad modicum temporis, filiosque ablega, de familia tua eiusque curis sequester ad angulum cum Deo secede locaturus: hic eius implora gratiam, fauoremque postula: cum enim ille sit, qui te ad hunc euexit locum, quod iusticie sacrificeres, infundet tibi lumen, quod munere suo laudabiliter dignaque suagari. Quia verò in hoc multi dprecunt, sapius fuerunt irretiti, & sinistras pronuntiarunt delusi sententias. Optimum hic casus Iosue contigit quia D. viro alias prudentissimo, illum Domitius iudicem creauit ducemque populi: hoc munere strenuus fugitur & que sunt iusticie tenax exequitur Dei præceptis obediens. Hanc Deus in quosdam declarauerat suos inimicos nempe Gabaonitas populum vicinū, quam dum Iosue implere cogitaret, illi factū se bodorsē vestes induit laceras, tricosque calpeos, partem assumunt ad solem arefactum: vinum deserunt acetosum, &

Ose 12.

Lib. 99.

Gen. 32.

XI.

Iacob.

XII.

soluit.

cluditur.

Q 9 9 9

Hieron. Bapt. de Lanna. Tom. II.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& hoc schemate se Iosue sistunt iudici. Domine mi, tales nō sumus, quales nos arbitraris: etenim populo circumiacenti diuinam intentas sententiam: nos verò de longè adsumus, vt nostrum testatur schema: nam egressi de terra nostra, nouis induti vestibus, nouisq; calceis, ecce per longas itineris molestias detriti sunt, panis, quem recentem accepimus, vt vides, eduroit, vinumq; electissimum in acetum amaricauit. Audit illos Iosue, legitimas iudicat esse rationes, & pro eorū pronuntiat incolumitate contra quos diuina fuerat lata sententia. Delusus est Iosue (testatur Scriptura) eiusq; comites, allegatis à parte fidem adhibentes, nimis citò creduli: quia ad Deum non recurserunt gratiam lucemq; postulantes, quā sanam pronuntiarent ipsi sententiam. *Os Domini non interrogauerunt.*

Iosue 9.
14.

Quoties, heu quoties hic lapsus contingit, vt pars altera, que nulla aut minori nititur iustitia, mille millia proponat tam efficaciter, vt ad lachrymas & compassionem iudices permoueat, quibus fidem adhibentes pronuntiant contra id, quod recta suadet iustitia: nec mireris: non ad Deum confugiant non lucem postulant & os Domini non interrogant. Os Domini interroga quid tibi sit pronuntiandum; ita vt tua sententia diuino velut ore pronuntietur. Hoc aduerte verbis illis innui, quibus in euentuandis vtimini sententiis. *Vt de vultu eius iudiciū nostrum prodeat.* Hæc verba sunt Davidis, quorum sensus hic est literalis, quod pendente causa non leuis momentis, sedente David pro tribunali, cum veller, illā in fauore diuine definiti iustitiæ, Deum consuluit. *Exaudi Domine iustitiā meam &c. De vultu tuo iudiciū meum prodeat.* q. d. Tu esto Domine hac in causa iudex & arbiter, vt de tuo bene definita prodeat causa tribunali; sic Iudex peroret litē definiturus: Tu Dñe pronuntia sententiā, & de tua prodeat decisa presētia: ego tantūmodò tui deferuiā, quō illa declarabitur, prodibitq; in publicum. Vel metaphoram sumit à Moysē, qui Iudex populi constitutus Domini consulebat, & eorū eo prostratus diuinam flagitabat sibi lucem infundi, quæ de vultu Dei in facie eius tanta replenduit vt reuertis ad populum, velut sol alter radiaret. q. d. Domine mi vultus tui lucem mihi comunica, vt ad eius lucem, & non ad huius, vel alterius opinionem mea pronuntietur rectē sententia, Christus futurus Iudex, & causā non parum arduam definiturus seorsum prius eum Deo sededit, totaque nocte in oratione perhæsit, eū tamen ipsa lux esset & paterna glo-

Psal. 6, 3.
XIII.
De vultu Dei prodeat iudiciū.

112.
113.
114.
115.
116.
117.
118.
119.

riæ splendor, cuius oculis patebant omnia: concludit igitur quid te in similibus agere oporteat occasionebus.

§. 6. In montem Oliueti &c. Adducunt mulierem &c. Hæc mulier modo deprehensa est. *Vigilat Christus in orando, ipsi verò in machinando. Mulierem in adulterio deprehendunt: qui namque per terram ambulat impressa relinquit vestigia.*

14
P
Erecta solemnitate Paschali, festoq; Tabernaculorum ociduo, Saluator illo meditante velut animatum mercator aduolat, quas inquisitus de caelo descenderat, & mundinas maxime frequentes percurrit, in quibus de eorum agebatur beneficio. Summa concionatur voce, & tam efficaci, vt plures de turba se illi submitterent fideles. Quamprimum hoc suis innotuit capitalibus inimicis, Pontificibus, Sacerdotibus, Scribis, & Phariseis, plenum illi concitatum concilium, in quo Christi conclamant homicidæ perditionem. In cuius executionē fortissimos aduocāt appetitores dato præcepto, supris vinculis, catenisq; ferreis Christum vincitum sacrosisterent Concilio, quod ita vocabant, proprie tamē erat dæmonū conciliabulum, vt die Lunæ infra octiduum dicemus. Accesserunt Ministri Christi autem diuinā sua potens virtute, quam primum illos vidit faciem suam in illos verbaque contorsit, quibus eos, qui prius leones erāt ferocissimi, in agnos conuertit mansuetissimos, sibiq; addictissimos; euius pariter facti Predicatores ad concilium reuertuntur, quos Pontifices interrogant. Cur non adduxisti illum? Respondent illi: *Numquam siclosus est homo.* Nō est hic homo, quem vincitum capiamus, sed qui totum mundum suo capiat amore constrictum. Quō responso diabolico agitati furore soluant concilium & domum rabidi reuertuntur.

Isto stratagemate festum absoluitur in quo Christus multum fuerat ex omnia & clamorosa predicatione fatigatus: at eius hoc fuit refrigerium, noctem illonem vsque in mane in monte Oliueti precibus impendere, celestem rogans Patrem pro hominū salute, criminūque Dam remissione, Pariter & ipsi vigilarunt, technas, Christum quibus eū caperēt, molientes; cum enim illis ex perag-

PPPP